[illegible] memoretur in paralipomenon uel describuntur per istum natan quem sibi
adoptauit. [illegible] cum propheta quis per nathan. Cum uero fortiter quid agi [illegible] nathan
appellatur. Haec iuxta litteram de propheta. Uideamus nunc quam iocundum et
salutis plenum hoc tam graue factum contineat misterium. Dauid qui interpretatur
manu fortis uel uisu desiderabilis Christum significat. Bersabee que interpretatur in latinum
puteus septimus uel puteus satietatis sanctam ecclesiam significat. Urias qui interpretatur
lux mea deus diabolum figurat qui pulcrior et excelsior omnibus aliis ange
lis conditus est. Nec mirum super dauid peccatorem Christum accipiamus et
per uriam uero innocentem et martirem diabolum. Solet enim scripturarum
aliquando doctrina et nigris describi litteris. Diabolus uero auri deformari.
Frequenter in tempore dauid bethsabee uxorem duxit et triumphator diabolo
Christus sibi ecclesiam sibi copulauit [illegible] gemmis et monilibus ornatam.
Quam de lecto adam aut lauantem se meridie id est abluentem lacrimis poenitencie.
uel sanctam [cero] delibutam baptismate. et in meridie id est feruore diuini amoris.
Tunc que sanctificata est ab inmunditia sua. In menstruis quippe erat bethsabee
ideoque inmunda. Sed mox ut concepit menstrua cessarunt. quo duo
ex sanctificacionem. Sed haec sanctificacio uerius nunc in ecclesia agitur. Hec
de misteriis spiritaliter dicta. Ceterum nunc psalmum penitendi con-
gruere debemus intellegere. Debemus in eo. Dauid enim penitenti
ciam agens illum cantauit. ideoque ueniam meruit. Imitatur ergo
unusquisque poenitens uoce dauid poenitentis. et dicat miserere mei deus.
Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.
quia ego confiteor immensam miseriam. ideo peto magnam misericor
diam tuam. Minor misericordia dei fuit quod hominem qui non erat
formauit in presenti uita ex nihilo ut esset et quod illum regit et guber
nat. Maior autem et magna misericordia illius est ut hominem quem
creauit in futuro remuneret. Cuius se miserum putat de suis peccatis.